



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

58 Ecclesiasticis negotijs se non immiscere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

fos, quos cōstituerit custodes Ecclesiarum esse, vel
 sanctorū locorū, ac religiosis obsequijs deserui-
 re, nullius attentionis molestias sustinere decer-
 nimus. Quis enim eos capite censos patiator esse
 deuinctos, quos necessariō intelligit supramē-
 morato officio mancipatos? Consule Bellarm. de
 exēptione Clericorū, vbi vult Clericos ante Iu-
 stinianū fuisse liberos à tributis personalibus: nō
 ab ijs, quæ pendi solent ratione possessionū. Vide
 etiam Concil. Lateranenſe sub Alexandro III.

SIGNVM LVIII.
 ECCLESIASTICIS NEGOTIIS
 se non immiscere.

*Ecclesiasti-
 cis negotijs
 se non im-
 miscere.*

Officium honorum Principum & Magistratus
 est, vt, quamuis tueri possint & debeant Ec-
 clesiam, & res Ecclesiasticas, tamen non misceāt
 se negotijs Ecclesiasticis & sacris; siue ministeriū
 sacrum, siue iudiciū de controuersijs fidei nostræ
 usurpando. Nā Propheta Aggeus ait: c. 2. v. 12. *Hæc
 dicit Dominus exercituum: interroga sacerdotes legē.*
 Et Malachias c. 2. v. 7. *Labia sacerdotis custodiunt
 scientiam, &c.* Quo mādato, teste Iosepho a Pro-
 pheta declarāt etiam Regi & Principi Pontificū
 & Presbyterorum in rebus sacris potius iudicio,
 quam proprio nitendū. Eandē doctrinā tradidit
 Iudæis Christus, b cum ait: *super cathedram, &c.* b *Matt. 22.*
 Hinc cum Rex Ozias c ministeriū sacerdotum v-
 surpasset, à Pōtifice mox monitus est in hæc ver-
 ba: *Nō est tui officij, vt adoleas incensū Domino, sed*
sacerdotū: ac cum cōtumax in cœpto perstitisset,
lepra à Deo percussus est, & Tēplo eiectus. Eadē
de causa & Rex Saul, vt se miscuit sacerdotū of-
ficio, à Deo reprobatus est, posteriūque eius regia
dignitate spoliati. 1. *Reg. 13. v. 10.* Impe-

Imperatores certè quotquot à pietate Christiana maxime laudantur, nunquam se miscere voluerunt causis Ecclesiasticis.

1. *Constantinus* enim in Synodo Nicæna, teste *Rufino lib. 10. hist. Eccles. c. 2.* professus est, se à Episcopis iudicari debere, eisque subiectum esse non præpositum. *S. Ambros. scribit, epist. 32.* eundem in dicta Synodo liberum reliquisse iudicari Sacerdotibus. *Euseb. lib. 4. de vita Constant. c. 2.* refert eundem solere dicere Ecclesiæ Præfules. *Vos intra Ecclesiam Episcopi, ego extra Ecclesiam Episcopus sum constitutus.*

2. *Valentinianus Senior* rogatus, ut permitteret haberi Concilium de rebus fidei, teste *Socro lib. 6. c. 7.* respondit: *Mihi, qui vnus è numero Imperatorum sum, non licet me eiusmodi negotijs intromittere: ideo Sacerdotes, & Episcopi, quibus hæc sunt, seorsum per se vbicunque ipsis liberum fuerit conueniant.* *Baron. Anno Christi 364. ex Ruf. lib. 1. c. 2.* (idem de *Valentiniano Iuniore* affirmat *Ambrosius epist. 32.*) Idem Imp. *Valentinianus Senior* oblatam sibi à Concilio Episcoporum electionem Episcopi *Mediolanensis* recusauit, & aliàs contestatus est, sui muneris minime se Ecclesiasticis se immiscere negotijs. *Baron. Anno Christi 374. Auxentio Ariano Episcopo eximio accersitis ad se Episcopis, (teste Theodoro lib. 1. c. 5. & 6.)* sic eos allocutus est Imp. *Est nobis, vobis pote sacris & diuinis litteris institutis exploratum cognitum, qualis debeat esse is, qui sit ad Episcopatum gerendum delectus, & quod necesse sit gregem non doctrina solum, verum etiam præ clara viuendi ratione moderari, & se cuiusque virtutis exemplar ei præbere, suæque disciplinae*

Etiam vitæ ac morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructū in sede & gradu Episcopali iam collocare; vti & nos, à quibus hoc gubernatur Imperium, ei verè & ex animo capiti inclinemus, & illius reprehensionem (nam cum homines simus, errore labi necesse est) velut medicinam animarum cupidi amplexemur. Hac oratione ab Imp. habita, Concilium Episcoporum contendit ab eo, vti ipse, vtpote sapientiæ & pietatis insignibus præclare ornatus, Episcopum eligat. At ille: Maior est, inquit, hæc prouincia, quam quæ viribus nostris sustineri possit, proinde vos diuina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi officium transigetis. Illi igitur egressi, separatim per se de eo deliberare cœperunt.

3. *Honorius Imp.* Arcadium fratrem suum reprehendit, quod contentionibus Episcoporum se miscuisset, & inter alia scripsit: Si quid de causa religionis inter Ancistites ageretur, Episcopale oportere esse iudicium: ad illos enim diuinarum rerum interpretatio; ad nos religionis spectat obsequium. *Baron. Anno Christi 401. Tom. 5.*

4. *Theodosius Minor* scribit ad Concilium Ephesinum: Nefas est, qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, eum Ecclesiasticis negotijs & consultationibus se miscere. *Cyvil. epist. 14. Tom. 4.*

5. *Marcianus* in Concilio Chalcedonensi dixit: Quid obseruari in religione debeat, sacerdotes perspicua definitione docuerunt. *Baron. Anno 451.*

6. *Basilus Imp.* in 8. Synodo vniuersali Act. 5. *Quæ Ecclesiasticas causas inuestigare Pontificū & sa-*

& Sacerdotum est, qui regiminis officium forte sunt, qui sanctificandi, ligandi, & soluendi potestatem habent, qui Ecclesiasticas adepti sunt rebus: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamentis solui egerimus. *Idem* monet Principes, & omnes laicos, in dignitate constitutos, vt desinant se Ecclesiasticis negotijs interponere, & non Pastores, sed oues se agitent. 7. Etiam gentilium Principes Politicorum sacrificulorum suorum negotijs miscere noluerunt. Refert Lampr. *Alex. Seuerum Imp.* canem Anguribus Pōrificibusq; detulisse, vt liberè patermitteret quæ religionis essent eos administrantibus, & quasdam sacrorum causas à se finitas, ad imperatorem iterari, & aliter distingui. Tullus autem Hostilius vsurpando sibi quod ad sacerdotes pertinet, fulmine percussus est. *Liu. lib. 1. Plin. lib. 2. Val. lib. 9. c. 12. Vide & in Teatro hist. de pariter corum, qui de rebus Eccl. decernere voluerunt.*

Rectè ergo S. Ambros. *epist. 32.* Si vel scripturarum seriem diuinarum, vel veterana tempora retractemus, quis est, qui abnuat in causa Episcopos solere de Imperatoribus, non Imperatores de Episcopis iudicare? *Epist. 33.* sic ait Casarem: *Noli te grauare Imp. vt putes te in qua diuina sunt, imperiale aliquid ius habere, vt te extollere.* Et ante Ambr. Hostius apud Athanas. *epist. ad Solitariam vitam agentes: Ne te in Imp. rebus Ecclesiasticis, neque nobis in his generis precipe, sed potius à nobis discite. Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesia cōcreta.* Vnde S. Athanasius exclamat: *Quando à consuetudine quo auditum est, iudicium Ecclesia ab Imperatorum auctoritatem suam accipere?*

Bron. Anno Christi 458. probat exemplo Ma-
 iorini Imp. & Leonis Pont. Imperatores cum de
 rebus sacris leges sanciuere, id ipsum admoniti-
 oe sanctorum Presulum, requirentium eorum of-
 ficiu ex scriptis legibus statuisse, vt imperatoria
 coererentur auctoritate, qui sanctiones Eccle-
 siasticas paruipenderent. Vide P. Becanum, & a-
 los: de Primatu Regis Anglia.

SIGNVM LIX.

EDVCATIONIS ET INSTITVTIO-
 nis liberorum accuratam habere rationem,
 suosq; liberos pie educare, & instituere.

Pie liberos
 educare.

Quam utilis ac necessaria sit liberorum pia in-
 stitutio, hae rationes probant. 1. Vt delectant
 & ornant paretes ac sanguine iuctos, liberi probi,
 ita degeneres & improbi moerore afficiunt, ac de-
 formant paretes. Habuit degenerem Adamus Cai-
 nam, (Gen. 4.) Noe Chamum, (Gen. 9.) Isaacus Esau,
 (Gen. 27.) Ioel & Abia Samuel, (1. Reg. 10.) Abso-
 lomum Dauid, (2. Reg. 17.) Iulia adultera filiam Au-
 gustus, (Suet.) Balthianum fratricidam Severus, (Spar-
 tia.) Quod autem multi degeneres sunt liberi, quo-
 rum paretes excitatis ingenijs fuerunt praediti, hoc
 maxime acceptum ferendum est negligentiae, incuriae,
 aut etiam indulgentiae parentum. Sunt enim qui alijs reb^a
 distincti ac discreti, liberorum nullam curam gerunt, de-
 teriores hac in parte brutis animalibus: siquidem
 etiam vrsa, animal deforme & morosum, catulorum
 suorum membra labendo format. ^a Nonnullis etiam
 amor nimius obstat, ne vere suos liberos ament:
 breuiter cum foetum nimis osculantur & com-
 plectuntur, simul necant. ^b Exemplo est summus
 Sacerdos Eli ^d & Dauid, qui noluit contristare
 spiri-

M. Tan in
 quest. Pol.

^a Plut. de
 amore pro-
 fis.
^b Plin. lib.
 8. c. 54.
^c 2. Reg 13.
^d 1. Reg. 2.